

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 1: De personarum uarietate Caput 33: De incipientibus (3)

Idem (Gregorius), *super Ezechielem*:

Via Dei, et inchoantibus angusta est, et perfecte iam viventibus lata. Et dura sunt, quae contra consuetudinem spiritualiter animo proponimus; et tamen onus Dei leue est, postquam hoc ferre coeperimus.

Sed hanc nobis quaestionem citius ipsa caritas soluit, quia uia Dei et inchoantibus angusta est et perfecte iam uiuentibus lata. Et dura sunt quae contra consuetudinem spiritualiter animo proponimus, et tamen onus Dei leue est, postquam hoc ferre coeperimus, ita ut pro amore eius et persecutio placeat, et omnis pro eo afflictio in mentis dulcedine ueniat, sicut sancti quoque apostoli gaudebant cum pro Domino flagella tolerabant.

Gregorius Magnus, *Homelie in Hiezechielem prophetam*, 2.5.13 (CCSL 142, M. Adriaen ed., p.286, ll.372-379).